



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Virginitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

nedici, velum professionis suscipere, & solemniter & expressè vovere castitatem, sed non consecrari ut virgo, Nav. confi. fin: de reg: vide superius, in ver: moniales, §. 20. licet remissive, tamen adde Abb: in cap: tua, num: 3, de consecr: Eccles: vel. Alt. ita etiam potest intelligi de qualibet muliere corrupta, & non virginine, tamen sub nomine virginitatis potest uti nomine castitatis, vide Sylv. in ver: consecratio.

## V I G I L I A.

**P**rimò, Vigilia Pentecostes est jejunanda, & ita se habet generalis Ecclesiæ consuetudo, ita tenet Nav. conf: 1, de obser. jejun. sed gl. in ca. scire, §. necessariis, 76, dist: dicit, non necesse, sed de facto jejunamus, tene certum: secundò, quando incipit currere, & obligare, vide in ver: dies: tertio, quare fuerunt inventæ, & an debeant hodie observari de nocte, sicut in primitiva Ecclesia, vide notations ad Martyrologium Romanum Illustrissimi Cæsaris Cardinalis Baronii, in Vigilia Epiphanie, & Concilium Provinciale Beneventanum celebratum sub Illustrissimo Jacobo Cardinali Sabello, tit: de jejun: c. 3. & ibi assignatur ratio cur cessaverunt.

Secundò, quæritur an Prælati possint indicere, seu injungere, seu præcipere subditis jejunia, & alia opera pœnitentialium? Respondetur, quod sic, pro aliqua causa legitima, ita Gem: in ca. ubi periculum, §. fin: nota. 3, per illum tex: de elect: lib: 6.

## VIRGINITAS.

**P**rimò, virginitas probatur per obstetrics, licet pars adversa conetur probare contrarium, Caput aqu. dec. 212 par. 2.

Secundò, stuprum interpellantibus, vel pueris poenas, vide Paul. IV. Bul: qua incipit, Ex ordine.

Tertiò, Virgo monialis, quæ non est, non potest benedici, seu consecrari, si est publicum, sed si occultè, potest uti verbo castitatis loco virginitatis, & ad evitandum scandalum, etiam verbo virginitatis potest uti publicè, licet mente castitatem, non virginitatem percipiat Episcopus consecrator, Navarri: confil: 2, de stat: monacho, vide superius in ver: consecratio, & in ver: moniales. Card: in Clem: attendantes, §. statuimus, quest: 10, de stat: mon: Calder: confit: 3, de offi: Vic: in fine, Selua 4. p. qu: 7. num: 7, Gom: de brev: n: 52.

## VISITATIO.

**P**rimò, pœna opposita visitatoribus accipientibus aliiquid ultra procurationem à visitatis per Sacr. Conc. Trid: seff: 24, capit: 3, §. quid si quisquam, an habeat locum, ita ad amissim, ut tenetur quis ad duplum?

Respondetur, quod sufficit restituere simplum, etiam postquam incurrit, ita Nav. conf. 2, de cens. imd, si distulerit, ante mensem non incurrit.

Secundò, quando appellatur à decretis visitationis, non debet admitti appell-